



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 41. Querelæ de Judæis Angliæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

in crucem actum. An. 1261 puellam Sæcul. XIII.  
 septennem Forshemii in marchionatu A. C. 1287.  
 Badensi. An. 1287 puerum nomine Ru- Annal. Ste-  
 dolphum Bernæ in Helvetia. Alium ron. Freker.  
 Monachii in dicecesi Frisingana. An. to. 1.  
 1289 alium in Suevia necatum. Qui Boll. to. 10.  
 dam authores dicunt Judæos crudelita- p. 703. E.  
 tes istas commisisse, ut sanguinem Chri- p. 504. 505. B  
 stianum acciperent, & ad remedia seu  
 operationes magicas adhiberent. Sed  
 rationes, quas reddunt, tam ignominio-  
 sæ sunt ac frivolæ ut eas memorare me-  
 pigeat. Cæterum his ex factis nullum  
 video manifestis declaratum indicium:  
 parumque interest illa demonstrare, nisi  
 forte ob cultum quibusdam ex his puta-  
 tis Martyribus tributum. Nam Ecclesiæ  
 non refert nisi sanam ad fidem traduce-  
 re, non evertere, aut odiosos facere Ju-  
 dæos.

## §. XLI.

*Querelæ de Judæis Angliæ.*

In Anglia graves de Judæis querimonie  
 jactabantur, ut apparet ex epistola Pa-  
 pæ Honorii ad Archiepiscopum Can-  
 tuariensem ac Suffraganeos ejus, in  
 qua sic loquitur: Habent librum, quem  
 Talmud vocant, plenum rebus falsis, & Rayn. 1286.  
 abominandis; hunc legunt assidue: hunc n. 25.  
 liberos suos a teneris unguiculis discere  
 jubent:

R 4

jubent:



Sæcul. XIII. jubent: hujus existimationem præ lege  
A.C. 1287. Moysis eisdem instillant. Conantur

Christianos ad suam sectam adducere: & hoc fine invitant eos ad mensam suam & ad synagogas cunctis sabbatis ac festis diebus suis adeundas, ut suum Dei cultum eis ostendant: unde fit, ut in mentibus multorum spectantium aliquid Judaicæ superstitionis hæreat. Curant etiam, ut Judæi Christo adjuncti ab eo desciscant: ideo donant eos, & mittunt in loca, ubi cogniti non sunt: aut si lubrici hi neophyti in parœciis, ubi sacro fonte tincti sunt, manent, ibi mali exempli vitam ducunt cum dedecore nostræ fidei. Quos in servitili habent, Christianos, diebus dominicis ad opera servilia adigunt. Christianas nutrices pro liberis conducunt suis: hinc non raro accidit, ut diversæ religionis personæ pravum ineant commercium. Quotidie suis in precibus Christianos diris devotent, & alia committunt mala. Aliqui vestrum, ut his mederentur, sæpe rogati hoc neglexisse dicuntur. Quocirca volumus, ut id agatis per inhibitiones & pœnas sacras profanasque ac modos alios, quos in concionibus vestris exprimitis. Dabat 28 Nov. 1286.